



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

XXXIII. Epistola Eberhardi Salisburgensis Archiepiscopi ad Conuentum
Cremsminsterianum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

*Epistola Eberhardi Salisburgensis Archiepi-
scopi ad Conuentum Cremisminste-
rianum.*

BERHARDVS GRATIA DEI Salzburgen sis Archiepiscopus dilecto Fratri Irmberto & venerabili Electo Monachorum de Cremis munstura oratione & fraternalm dilectionem. Quanta diligentia & solicitudine Frater noster dilectus & venerabilis Episcopus Pataviensis pro vobis laborauerit, personam vestram cupiens exaltari in monasterio Cremis munstur, eo quod spectaret disciplinam monastici ordinis in eodem loco collapsam, per vos posse reformari, non ignorat fraternitas vestra. Cuius instantia, cooperante gratia Dei, eo usque conualuit, ut monachorum eiusdem loci, aliquando Deo atque Episcopo suo repugnans, humiliata & contrita sit, in tantum, ut nunc deuote monastico Ordini, cui aliquando resistere intendebant, colla submittentes, secundum intentionem & desiderium Domini Episcopi Abbatem a nobis expectent, sicut in litteris, quas Domino Abbatи direximus, plenius cognoscere potestis.

Nihil itaque iam restat, nisi ut humiliter colla iugo Domini subiiciatis, & ad laborandum in vinea ipsius, studio boni & fidelis servi animum præpareatis. Speramus enim de Deo misericordia, quod omnia vobis faciat ad votum concurrere, annuente & cooperante industria Domini Episcopi, nec non aduocati effectuosisima benevolentia. Mandamus itaque in nomine Domini, & mandando præcipimus; quantinus ei qui elegit vos in partem solitudinis Sanctorum, Deo omnipotenti deuote & humiliter obediatis, & ad curam, quæ vobis offertur, fideliter exequendam Domino Episcopo Cremis munstere occurratis.

-05(?)90-

XXXIV. Epi-